



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Iodocus Conf. 13. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. IODOCUS CONF.  
13. Decembris.

**N**Ovam litem audite Mariani, quam Iodocus Angliae regis filius germano fratri de regno movit, non uter hoc eriperet, sed uter cederet alteri. Fugiebat novo more non opes dominos suos, sed domini opes suas, & quam aliis invitatis mors aufert coronam, ultrò ab his abjiciebat. Denique rex sibi videbatur, non qui regnum coactus adiit germanus, sed Iodocus, qui regno subduxit se, & in Galliam aufigit. Hic ille sibi scilicet imperavit, sed & feris non multò post, quas obsequentes illi cælum voluit esse. Illud perjucundum accidit, cum fame placandæ ultimum subfidiū panis unicus in penituit, & hunc in iv. partes à Iodoco sectum Christus alium identidem atque alium pauperem præferens unus omnes piissimā fraude asportavit. Negabant id rectè factum esse discipuli. Sed rectius illos edocuit magister, cum pro iv. e pane frustulis, secundo flumine descendere submissas à cælo totidem naviculas frumentarias ostendit. Demum sacris operanti manus è cælo bene visa est dicere, quæ quòd terrena regna despexisset, caelstia promisit. Hæc demum pla-

cuere  
ann  
tum  
facie  
balla  
verin  
mus  
senti  
vene  
facia  
mort  
SS. J  
Q  
Mar  
mer  
næ  
jam  
be.  
jam  
nab  
ca  
bi  
Att  
lum  
vi  
nec  
sup

13. Dec. VITÆ SANCTORUM. 783  
cuere Iodoco , potitusque his est  
anno DCLIII. LX, omnino annos in  
tumulo integer, virtute in Iodoco  
faciente, quod in viris principibus aliis  
balsama faciunt. Ex Flor. Abb.

*Amemus vitam æternam, & ex eo no-  
verimus, quantum pro illâ laborare debea-  
mus, cum videmus homines amatores præ-  
sentis vitæ sic pro illâ laborare, ut, cum  
venerit metus mortis, quidquid possunt,  
faciant, non ut auferant, sed ut differant  
mortem. S. August. serm. 64. de verb. Dom.*

SS. NICASIUS EP. & EUTROPIA V.  
MM. 13. Decembri.

Quid ni animos etiam tu Lector ad  
pugnam sumis, toties qui sanguinem  
Martyrum vides ? Hic Nicasius Rhem-  
ensis Pont. & sororis ejusdem germana  
Eutropia est. Fudit Attila, ebrios  
jam dudum ab alio. Rem breviter sic ha-  
be. Flagellabat Gallias dux barbarus,  
jamque Rhemensibus etiam malum mi-  
nabatur, cum cives ad asylon suum Ni-  
casium configerunt. Ille exitium ur-  
bi vaticinatus edixit peccata esse, quæ  
Attilam armassent; hæc si ponerent, il-  
lum quoque exarmandum. Interim bre-  
vi morte æternam ut redimerent, suasit,  
neque jam pro se hosti, sed pro hoste Deo  
supplicarent. Se vita hucusque ducem ,  
non